EXorcizo te creatura ſalis i nomie dei pa ✠ tris omnipotentis: ⁊ in charitate dñi nr̃i Jeſu ✠ Chriſti, ⁊ in virtute ſpũs ✠ ſancti. Exorcizo te per deum ✠ viuum, per deuz ✠ verum: per deum ✠ ſanctũ: qui te ad tutelã humani generis procreauit: ⁊ populo veniente ad credulitatẽ p ſeruos ſuos cõſecrari pręcepit. Proinde rogamus te dñe Deus noſter, vt hęc creatura ſalis in nomine ſanctę Trinitatis efficiat ſalutare ſacramentũ ad effugandum inimicum: quod tu domine ſanctificando ſci ✠ fices, ⁊ bñdicẽdo bene ✠ dicas: vt fiat omni-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bus accipientibus pfecta medicina, permanens in viſceribus eorum, in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti: qui venturus eſt iudicare viuos ꝛ mortuos, ꝛ ſeculum per ignem. ℟. Amen.

Poſtea accipe ſal digito cū tua ſaliua: ꝛ pone in ore infantis: ꝛ dic. Famule dei N. accipe ſal ſapientie, qui propitiatio ſit tibi in vitam eternam. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

DEus patrum nr̃orum, vniuerſe conditor veritatis, te ſupplices exoramus, vt hunc famulū tuū reſpicere digneris propitius: ꝛ hoc primū pabulū ſalis guſtantē, nō diutius eſurire permittas, quominus cibo reficiatur celeſti: quatenus ſit Deo ſemp ſpiritu feruens, ſpe gaudens, tuo ſemper nōi ſeruiens: perduc eū dñe ad noue regenerationis lauacrū: vt cū fidelibus tuis pmiſſionum tuarū eterna premia ꝯſequi mereatur. Per xp̄m dñm nr̃m. ℟. Amen. Interroget ſacerdos nomē infantis, ꝛ dicat Famule dei N. ingredere in templum Dei viui: vt habeas partem in prima reſurrectione cū ſanctis ꝛ electis Dei. Et introducat eum in eccleſiā dato capite ſtole eum baiulāti: ꝛ ſic procedendo dicat hāc orōnē. Oremus. Oratio.

PReces nr̃as, queſumus dñe, clementer exaudi: ꝛ hūc electū tuū crucis dñice cuius eū impreſſione ſigna ✠ mꝰ, virtute cuſtodi: vt agnitionis tue rudimenta ſeruando, p cuſtodiā mandatorum tuorū ad regenerationis gloriā puenire mereatur. Per Chrm̄ dñm noſtrum. ℟. Amen. Finita oratione ponatur infans in pauimēto eccleſie: ꝛ dicat Oremꝰ. Oratio.

DEus, q humani generis ita es cōditor, vt ſis ēt reformator: propitiare famulo tuo N. adoptiuo p grāz tuā: ꝛ noui teſtamēti ſobolē noue proli aſcribe: vt filij promiſſionis, qđ nō potuerunt aſſequi per naturā, gaudeant ſe accepiſſe p gratiam. Per xp̄m dñm no. ℟. Amen. His ita finitis patrinus, vel matrina tenens infantē ſteſt genuflexus: ꝛ dicat presbyter. Ora electe, flecte genua, ꝛ dic. Pater noſter. Leua, cōple orationem tuā: ꝛ ſigna eum: ꝛ accede ad benedictionem. Tūc patrinus, dicit totū. Pater noſter deinde ſurgens infantē ſigno crucis ✠ ſignat. Et ſacerdos ſubiungit dicēs. Oremus. Oratio.

DEus Abrahā, deus Iſaac, deus Jacob: deus, q moyſi famulo tuo in mōte Synai apparuiſti: ꝛ filios Iſrael de terra egypti eduxiſti: deputās eis angelū pietatis tue, qui cuſtodiret

ret eos die ac nocte: te q̄ſumus dñe, ꝛ rogamus, vt mittere di-
gneris ſanctum angeluꝫ tuuꝫ de cęlis, q cuſtodiat hũc famulũ
tuũ, ꝛ ꝑducat eum ad grãm baptiſmi tui. Sequitur exorciſmus.
Ergo maledicte diabole recognoſce ſniaꝫ tuã: ꝛ da hono
rem Deo viuo ꝛ vero: da honorem Ieſu xp̄o filio eius, ꝛ
ſpiritui ſancto paraclito: ꝛ recede ab hoc famulo dei: qꝛ iſtum
deus ꝛ dñs nr̄ Ieſus xp̄s ad ſuam ſanctam grãm, ꝛ benedictio-
nem, fontemq3 baptiſmatis dono ſuę grę vocare dignatꝰ eſt.
Et hoc ſignũ ſancte cru ✠ cis, quod nos in frontẽ eius damꝰ,
tu maledicte diabole nunq̄ audeas violare: ſed dãnatus i ęter
nũ maneas ab eo repulſus. Per eũ q venturus eſt iudicare vi-
uos ꝛ mortuos, ꝛ ſeculũ ꝑ ignẽ. ℟. Amen. Item dicat. Ora e-
lecte: flecte genua: ꝛ dic Pater nr̄: leua, ꝛ cõple oõnem tuaꝫ: ꝛ
ſigna illũ: ꝛ accede ad bñdictioneꝫ. Tunc patrinus, vt ſup. ge-
nuflectit, ꝛ ſurgit, ꝛ ſignat infantẽ. Et ſacerdos. Oremus. Oõ.
Deus immortale preſidiuꝫ omniũ poſtulãtium: liberatio
ſupplicũ: pax rogantiũ: vita credentiuꝫ, reſurrectio mor
tuorum: te inuoco dñe ſuper hunc famulum tuũ N. qui baptiſ-
mi tui donũ petens, ęternã conſequi gratiã ſpirituali regenera
tione deſiderat: accipe hũc dñe, qui dignatus es dicere: Petite,
ꝛ accipietis: querite, ꝛ inuenietis: pulſate, ꝛ aperiet vobis: petẽ
ti itaq3 premiũ porrige: ꝛ ianuã pãde pulſanti, vt ęternã cęle-
ſtis lauacri benedictioneꝫ conſecutus promiſſa tui muneris re
gna ꝑcipiat. Qui viuis ꝛ regnas in ſe. ℟. Amen. Exorciſmus.
Audi maledicte ſatana adiuratus per nomen ęterni Dei,
ꝛ Saluatoris noſtri filij eius: cum tua victus inuidia tre
mens lugenſq3 diſcede: nihil tibi ſit cõmune cũ ſeruo Dei, iam
cęleſtia cogitanti: renunciaturo tibi, ac ſeculo tuo: ꝛ beatę im-
mortalitati victuro. Da igitur honorem aduenienti Spiritui
ſancto: qui ex ſumma celi arce deſcendens perturbatis fraudi-
bus tuis, diuino fonte purgatũ pectus, id eſt ſanctificatũ Deo
templum, ꝛ habitaculuꝫ perficiat: ꝛ ab omnibus penitus no-
xis preteritorum criminuꝫ liberatus ſeruus dei gratias peren-
ni Deo referat ſemper: ꝛ benedicat nomen eius ſanctum in ſe
cula ſeculorum. ℟. Amen. Item dicat. Ora electe: flecte ge-
nua: ꝛ dic Pater noſter: Leua, ꝛ comple orationeꝫ tuã: ꝛ ſigna
illuꝫ: accede ad benedictionẽ. Tunc patrinus, vt ſupra, genu-


flectit.

flectit, leuat, ⁊ ſignat infantem. Et ſacerdos dicit exorciſmum.

EXorcizo te immunde ſpiritus in noīe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpūs ✠ ſancti: vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo dei. Ipſe enim tibi imperat maledicte damnate: q̄ pedibꝰ ſuis ſup mare ambulauit: ⁊ Petro mergenti dexterā porrexit. Sequitur.

ERgo maledicte diabole recognoſce ſententiam tuā: ⁊ da honorem Deo viuo ⁊ vero, da honorē Jeſu Chriſto filio eius, ⁊ Spiritui ſcō paraclito: ⁊ recede ab hac famula Dei: q̄ iſtum deus ⁊ dn̄s nr̄ Jeſus chr̄s ad ſuā ſanctam grāz ⁊ benedictionem, fontemq; baptiſmatis dono ſue gratie vocare dignatus eſt: Et hoc ſignū ſcē cru ✠ cis, qd̄ nos in frōtē eius damꝰ, tu maledicte diabole nunq̄ audeas violare: ſed dānatus i eternū maneas, ⁊ ab eo repulſus. Per eū, q̄ venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculū p ignē. ℟. Amē. ¶ Incipit officiū abrenūciationis: ⁊ catechiſmꝰ. ¶ Presbyter primo ponit manum ſup infantem: ⁊ dicit ſequentem orōnē. Oremus. Oratio.

AEternam ac iuſtiſſimā pietatē tuā deprecor dn̄e ſancte, pater oīpotens, eterne Deꝰ, luminis auctor, ⁊ veritatis, ſuper hunc famulū tuū N. vt digneris eum illuminare lumine intelligentie tue: munda eum: ⁊ ſanctifica: da ei ſcientiam veram: vt dignus efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui: teneat fidem firmam, ſpem certam, conſilium rectū, doctrinā ſanctam: vt aptus ſit ad percipiendam gratiam tuam. Per eū, qui tecum ⁊ cum ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Quo facto, qui tenet infantem dicāt cum preſbitero ſymbolum apoſtolorum, ⁊ Pater noſter.

CRedo in deū patrem oīpotentem, creatorē celi ⁊ terre: Et in Jeſum Chrm̄ filiū eius vnicum, dominū noſtrum. Qui cōceptus eſt de ſpiritu ſancto: natus ex Maria virgine. Paſſus ſub pōtio Pilato, crucifixus, mortuus, ⁊ ſepultꝰ. Deſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit a mortuis. Aſcēdit ad celos: ſedet ad dexterā dei patris oīpotentis. Inde venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Credo in Spm̄ ſcm̄: ⁊ ſanctā eccleſiā catholicā. Sanctorū cōionē. Remiſſionem peccatorum. Carnis reſurrectionem. Vitam eternam. Amen.

PAter nr̄, q̄ es in celis, ſantificet nomen tuum. Aduenīat regnū tuū. Fiat volūtas tua, ſicut i celo, ⁊ in terra. Pa



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nē nr̄m quotidianū da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nr̄a, ſicut ⁊ nos dimittimus debitoribus nr̄is. Et ne nos inducas in tētationē. Sed libera nos a malo. Amē. Deinde ſequat exorciſmum.

Nec te lateat ſatana imminere tibi penas, imminere tibi tormēta: imminere tibi diē iudicij, diēq; ſupplicij ſempiterni; diem q̄ vēturus eſt velut clibanus ardēs: in quo tibi atq; vniuerſis angelis tuis eternus ſuperueniet interitus. Proinde dānate atq; dānande da honorem Deo viuo ⁊ vero: da honorem Jeſu Chriſto filio eius, ⁊ Spiritui ſancto. In cuius noīe atq; virtute ego p̄cipio tibi q̄cunq; es ſpūs imūde, vt exeas ⁊ recedas ab hoc famulo dei: quē hodie deus ⁊ dn̄s noſter Jeſus xp̄s ad ſuā ſanctā grām, ⁊ benedictionem, fontēq; baptiſmatis dono ſue grē vocare dignatus eſt: vt fiat eius tēplū p̄ aquā regenerationis in remiſſionē oīum pctōꝝ: In nomine eiuſdē dn̄i nr̄i Jeſu Chriſti, qui vēturus eſt iudicare viuos, ⁊ mortuos ⁊ ſeculum pēr ignem. ℟. Amen. Deinde ſacerdos ſaliua oris ſui tangat nares ⁊ aures eius, dicens.

Epheta: qd̄ eſt adaperire nares ⁊ aures in odorē ſuauitatis. Rn̄deat q̄ tenet infantē. Eppheta. Et presbyter. In odorē ſuauitatis. Rn̄deat q̄ tenet infantē. Eppheta. Et p̄ſbyter. Tu aūt effugare diabole: appropiquabit eni iudiciū dei. Et rn̄deat qui tenet infantē iterum: ⁊ dicat. Eppheta. Poſtea interrogat ſacerdos nomē infantis: ⁊ dicit. Famula dei N. abrenuncias ſatane? Rn̄det. Abrenuncio. Et presbyter. Et omnibus operibus eius? ℟. Abrenuncio. Et presbyter. Et omnibus pompis eius? ℟. Abrenuncio. Deinde ſacerdos liniat infantem oleo ſancto cathecumenorum in pectore ⁊ in ſcapulis cum pollice in modum cru ✠ cis: ⁊ dicat.

Ego te linio oleo ſalutis īter pect⁹ ⁊ inter ſcapulas, in nomine dn̄i noſtri Jeſu Chr̄i, ī vitā eternā. Pax tibi. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Et p̄ſbyter. Recede immunde ſpiritus: ⁊ da locum ſpiritui ſancto. Et tenens manum ſacerdos ſuper caput infantis dicit ſequentem orationem. Oremus. Oratio.

Famulum tuum, queſumus dn̄e, ad tui baptiſmi grām recurrentem reſpicere, ⁊ conſeruare in tuo noīe digneris: ⁊ q̄cquid in eo per originalis peccati tranſgreſſionē pene obnoxiū diabolus detinebat, ſacri fontis indulgentia reſoluatur:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

veteriſ hominiſ exuuias deponat: ⁊ noue vite indutus amictu reſurgat, omnia nequiſſimi ſpūs ab eo venena depelle: ⁊ ſalutarem baptiſmi gratiam adimple: vt in tui muneriſ perceptione in eternā vitam valeat exultare. Per Chrm̄ dn̄m nrm̄. ℟. Amē.

His peractis accedāt ad fontes. Si fons nō eſt bn̄dictus, fiāt litanię, ⁊ benedictio fontis. Si vero fons eſt benedictus, pretermittantur litanię, ⁊ benedictio fontis: ⁊ ſacerdos interroget nomen infantis. ℟. Credis in Deum Patrem. vt infra.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos. Pater de celis Deus: miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus miſerere nobis.
Sancta Maria Ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix ora.
Sancta Virgo Virginum ora.
Sancte Michael. ora. Sancte Gabriel. ora.
Sancte Raphael ora.
Omnes ſancti Angeli ⁊ Archangeli orate.
Sancte Joanes Baptiſta ora.
Omnes ſancti Patriarchę ⁊ Prophetę orate.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Andrea ora. Sancte Jacobe. ora.
Sancte Joannes ora.
Sancte Marce ora.
Omnes ſancti Apoſtoli ⁊ euangeliſtę orate.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Vincenti ora.
Sancte Chriſtophore ora. Sancte Georgi ora.
Sancte Sebaſtiane ora.
Sancte Blaſi ora.
Omnes ſancti Martyres ora.
Sancte Silueſter ora. Sancte Gregori ora.
Sancte Auguſtine ora.
Sancte Nicolae ora.

Omnes ſancti Pontifices ꝛ Confeſſores orate.
Omnes ſancti Doctores orate.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Antoni ora. Sancte Dominice ora.
Sancte Franciſce ora.
Omnes ſancti Monachi ꝛ Eremite orate.
Sancta Maria magdalena ora.
Sancta Lucia ora.
Sancta Catherina ora.
Sancta Cecilia ora. Santa Urſula ora.
Omnes ſancte virgines ꝛ vidue orate.
Omnes ſancti ꝛ ſancte Dei orate.

Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Et ne nos inducas.

**Exorciſmus aque.**

Exorcizo te creatura aque per Deum ✠ viuū per deū ✠ verū per deū ✠ ſanctū: per deum totius dulcedinis creatorē: q te in principio, verbo ſeparauit ab arida: ꝛ in quattuor fluminibus diuidēs totā terrā rigare pcepit. Adiuro te per Jeſum Chriſtū filiū eius vnicū dn̄m noſtrum, vt efficiaris in eo, qui in te baptizādus eſt, regenerās cū Deo patre ꝛ eodē filio, ꝛ Spiritu ſancto: qui in trinitate perfecta viuit ꝛ regnat deus p oīa ſecula ſeculorū. ℟. Amen. Oremus. Oro.

Domine ſancte, pater omnipotēs, eterne Deus, aquarū ſpiritualium ſantificator: te ſupplices deprecamur vt miniſterium humanitatis noſtre reſpicere digneris propitius: ꝛ ſup has aquas abluendis, ꝛ viuificandis hominibus pparatas angelū ſanctitatis emittas: quo peccatis vite prioris ablutis, reatuqz deterſo, purū Spūi ſancto habitaculū vim regenerationis procuret. Per dn̄m nr̄m Jeſum Chrm̄ filium tuū. Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate eiuſdē Spiritus ſancti Deus, Per omnia ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

Exaudi nos oīps de⁹: ꝛ in huius aque ſubſtātia, tuā miſce virtutē: vt ablued⁹ p eā ſanitatē ſimul ꝛ vitā mereat eternā: p dn̄m nr̄m Jeſum Chrm̄ filiū tuū. Qui tecū viuit ꝛ regnat in vnitate ſpūs ſci de⁹, Per oīa ſecl'a ſecl'orum. ℟. Amē. Poſtea

Sacerdos infundat chriſma in aquā i modū crucis: dicēs.

Fecundetur ꝛ ſanctificet fons iſte hoc ſalutifero chriſmate,

mate, In nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpirit⁹ ✠ ſancti. Amē.
Et miſceat cum manu. Deinde interroget pſbyter nomen in
fantis: ⁊ dicat N. Credis in deū patrem omnipotentem, crea
torem celi ⁊ terre? ℟ Credo. Sacerdos interroget. Credis ⁊
in Jeſum Chriſtum filium eius vnicum, dñm noſtrum, natū ⁊
paſſum? ℟ Credo. Sacerdos interroget. Credis ⁊ in ſpiritū
ſanctū: ſanctā eccleſiā catholicā: ſanctoꝝ cōionē: remiſſionē
peccatorum: carnis reſurrectionem: ⁊ vitam eternā? ℟ Cre
do. Interroget ſacerdos nomē infantis: ⁊ dicat. Famule dei
N. vis baptizari? ℟ Volo. Tūc baptizet eū ſacerdos i nomi
ne ſancte Trinitatis ſub trina immerſione, vel, ſm conſuetudi
nē patrie vel loci, infundat aquā ſup caput eius dicēs. Ego te
baptizo in noie pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. Amē.
Poſtea facit ſacerdos crucē in capite eius in vertice de ſacro
chriſmate cum pollice: ⁊ dicit hanc orōnem Oremus. Oro.

Deus omnipotens, pater dñi noſtri Jeſu Chriſti, qui te re
generauit ex aqua ⁊ Spiritu ſancto, quique dedit tibi re
miſſionem omnium peccatorum, ipſe te liniat chriſmate ſalu-
tis in vitam eternam. Pax tibi. ℟ Et cum ſpiritu tuo.
Poſtea ſacerdos iponat linteamē ſup caput infantis: ⁊ dicat.

Accipe veſtem candidam ⁊ immaculatā: quam perferas ſi
ne macula ante tribunal dñi noſtri Jeſu Chriſti: vt hēas
vitam eternam ⁊ viuas in ſecula ſeculorum. ℟ Amē. Poſtea
tradat candelam accenſam in manu pueri, vel patrini, dicēs.
N. Accipe lampadē irreprehenſibilem: cuſtodi baptiſmum
tuum: vt cū venerit dñs ad nuptias, poſſis ei occurrere vna cū
oib⁹ ſanctis ſuis in aula celeſti: vt hēas vitā eternā. ⁊ viuas in
ſecula ſeculoꝝ. ℟ Amē. Deinde dicat ad altare Eūā. S. Joā.
In principio erat. fo. 88. Poſtea dicat ſacerdos: Vade i pace:

¶ Ordo ad puellam cathecumenam faciendam Ca. 11.

Cum venerit infantula añ ianuā eccleſie, interroget
nomē eius: ⁊ dic hec verba Siquis cathecumenus
eſt, ſecedat. Siqs cathecumenus eſt Judeus vel he
reticus, ſecedat. Siqs cathecumenus eſt Sabellia-
nus vel hereticus aut iudeus, ſecedat. Interroga nomē: ⁊ dic.
Maria. vel N. qd deſiderat? Rñdeat Fidem. Sacerdos in-
terroget Fides qd tibi pſtat? Rñde Vitā eternā. Interro-
gat

gat ſacerdos. Quis tibi daturus eſt eam? Reſpondet. Deus pater ⁊ dñs Jeſus Chriſtus cum ſancto ſpiritu. Deinde inſuf-flet in faciem eius ter in modum crucis, ⁊ dic. Exorciſmus.

IMpero tibi immunde ſpũs in noĩe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpũs ✠ ſcti, vt exeas ⁊ recedas ab hoc plaſmate Dei. Interroget ſacerdos qḋ nomẽ volũt ei imponere, ⁊ annũcies nomẽ, ⁊ dicat. Famula Dei N. qd vis fieri? Rñdet. Chriſtiana. Interroget ſacerdos. Abrenũcias ſatanę? Rñdet. Abrenũcio. Sacerdos. Et omnibus operibus eius. Rñdet. Abrenuncio. Sacerdos. Et oibus pompis eius? Rñdet. Abrenuncio. Poſtea dicat ſacerdos hec verba. Criſta ſit felix, i nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpũs ✠ ſancti. Amẽ. Deinde dicat ſacerdos. ps. Deus in adiutoriũ meũ intende. vt ſu. fo. 17. Gloria pa. ⁊c. Kyrie ele. Chꝛe ele. Kyrie ele. Dñs vobiſcũ. Oremus. Oratio.

DEus nr̃, q nos ad imaginẽ ſuã plaſmare di- Catechiſm⁹. gnatus eſt, ſic ait p moyſen famulũ ſuũ: nõ auguraueris: nõ męchaberis, nõ falſum teſtimoniũ dixeris, honorẽ habebis pri, ⁊ mr̃i tuę, ⁊ diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipſũ, ⁊ qḋ tibi nõ vis fieri, alijs ne feceris: iſta ſũt ꝓcepta dei, q̃ gẽtilẽ ppl'z ad eccl'iaz dei veniẽtez vnũquẽqz oportet obſeruare. Per Chꝛm. R. Am̃. Sacerdos ſignat eã i frõte ⁊ i pectore ſigno ✠ Crucis dicẽs:

FAmula dei accipe ſignum crucis tam in frõ ✠ te, q̃ꝫ in corde. ✠ ſume fidẽ celeſtẽ: talis eſto moribus, vt tẽpluz dei iam eſſę poſſis: ingreſſaqꝫ eccleſiã dei, euaſiſſe te laqueum mortis lęta agnoſcas, horreſcas idola: reſpuas ſimulacra: colas Deũ patrẽ omnipotẽtẽ: ⁊ Jeſũ Chꝛiſtũ filiũ eius, cũ ſpũ ſcõ, qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculoꝛuz. R. Amẽ. Oremus. Oro.

DEprecoꝛ te domine ſancte, pater oĩpotens, ęterne de⁹: vt huic famulę tuę, q̃ ſeculi huius nocte vagať incerta, ⁊ dubia, viam veritatis, ⁊ agnitionis tuę iubeas demõſtrari: quatenus reſeratis oculis coꝛdis ſui, te vnũ deũ patrem in fi-lio: ⁊ filiuz in patre recognoſcat cũ ſcõ ſpiritu, atque huius cõ-feſſionis fructuz ⁊ hic, ⁊ in futuro ſeculo ꝑcipere mereať. Per eũdem Chꝛiſtum dñm nr̃m. R. Amen. Sequitur exorciſmus.

EXorcizo te oĩs ſpũs imũde in noĩe dei pa ✠ tris oĩpotẽ-tis, ⁊ in noĩe Jeſu Chꝛi filij ei⁹ iudicis nr̃i: vt diſcedas ab hoc plaſmate dei, q̃ dñs nr̃ ad tẽplũ ſanctũ ſuũ vocare digna-

tus

tus eſt: vt fiat tēplū Dei viui: ⁊ Spūs ſcūs habitet in ea: in nōie Dei pa ✠ tris oīpotentis: ⁊ in noīe Jeſu ✠ Chriſti filij eius, ⁊ Spūs ✠ ſci: qui filius venturus eſt in maieſtate pr̄is iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculum per ignē. ℟ Amē. Oremus. Oro.

Deus, q̄ pdita reparas: ⁊ reparata cōſeruas: de⁹, q pprio gētilitatis cruſiīne euaſo, ⁊ ſerpētis charactere deleto, ſignari hoīez noīs tui titulo pcepiſti: ſuſcipe, q̄s hāc famulā tuā: atq̄z eā iter plebis tuę numerū cōmiſce. p Chrm̄. Oremus. Oro.

Domine Deus celi ⁊ terrę, maris ⁊ oīuz elementorū creator qui aſpectu tuo illuminas vniuerſam faciez terrę: illumina vultū tuum, ſuper hanc famulā tuaz N. catechumenā, quā hodierna die ad templū ſanctum tuuz vocare dignat⁹ es, infunde in eam ſcientiā pietatis tuę: accipe hāc dn̄e, ⁊ aperi ei ianuam iuſtitię tuę: ⁊ da illi miſericordiaz tuā: pietatiſque munus largire: ⁊ per lauacrum regenerationis tuę perduc eaz ad gratiam ſpūalem: vt nobiſcum pariter tibi Deo patri oīpotenti laudes ⁊ gratias referat. Induc eam dn̄e in viam veritatis: doce eam iuſtificationes tuas: per dn̄m noſtrum Jeſum Chrm̄ filium tuum, qui tecum viuit ⁊c. ℟ Amen. Conſignat eam in fronte dicens. Signo tibi frontem ✠ vt ſuſcipias crucē Dn̄i.

In auribus. Signo tibi aures ✠ vt audias diuina pcepta.

In oculis. Signo tibi oculos ✠ vt videas claritatē Dei.

In naribus. Signo tibi nares ✠ vt odorē ſuauitatis ſētias.

In ore. Signo tibi os ✠ vt loquaris verba vitę.

In pectore. Signo tibi pectus ✠ vt credas in Deum.

In ſcapulis. Signo tibi ſcapl'as ✠ vt ſuſcipias iugū ſuę ei⁹.

In toto corpe. Signo te totā i noīe pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpūs ✠ ſci: vt habeas vitā: ⁊ viuas i ſcl'a ſclorū. Amen. Orem⁹. Oro.

Omnipotens ſempiterne deus, pr̄ Dn̄i nr̄i Jeſu Chriſti, reſpicere dignare ſuper hanc famulam tuam N. quā ad rudimēta fidei vocare dignatus es: oēm cecitatem cordis ab ea expelle: diſrumpe oēs laqueos ſatanę, quibus fuerat alligata. Aperi ei dn̄e ianuā pietatis tuę: vt ſigno ſapientię tuę imbuta omnium cupiditatum fetoribus careat: ⁊ ſuauem odorem pceptorū tuorum lęta in eccleſia tua ſentiat: ⁊ pficiat de die in diem: vt idonea efficiat accedere ad gratiā baptiſmi tui, pcepta medicinā: Per eūdē dn̄m nr̄m Jeſuz Chrm̄ filium tuū, Qui tecū viuit ⁊ regnat

gnat in vnitate ſpiri. ℟. Amen. Oremus. Exorciſmus ſalis.
Exorcizo te creatura ſalis in noīe dei pa ✠ tris oīpotētis,
⁊ ī charitatē dñi nr̄i Jeſu xp̄i, ⁊ ī virtute ſpūs ✠ ſc̄i. Exor
cizo te p deū ✠ viuū: p deū ✠ verū: p deū ✠ ſc̄tū: q te ad tu=
telā humani gn̄is ꝓcreauit, ⁊ pplo veniēte ad credulitatem p
ſeruos ſuos ↄſecrari precepit. Proinde rogamus te dn̄e deus
nr̄, vt hec creatura ſalis ī noīe ſc̄te trinitatis efficiat ſalutare ſa
cramentū ad effugandū inimicū qd tu dn̄e ſanctificando ſan=
cti ✠ fices: ⁊ bn̄dicendo bn̄ ✠ dicas: vt fiat oībus accipiētibꝰ
pfecta medicina, ꝑmanens in viſceribꝰ eoꝝ: in noīe dn̄i nr̄i Je
ſu xp̄i: qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculū p
ignem. ℟. Amen. Poſtea tolle ſalē digito cum tua ſaliua: ⁊
pone in ore infantule, ⁊ dic. N famula dei N. accipe ſal ſapiē,
ꝗ propitiatio ſit tibi in vitā eternam. Amen. Oremus. Oratio.
Deus patrū nr̄oꝝ, vniuerſe ↄditor veritatis, te ſupplices
exoramus, vt hāc famulā tuā N. reſpicere digneris propi
tius: ⁊ hoc primū pabulū ſalis guſtantē, non diutius eſurire p=
mittas: quo minus cibo repleatur celeſti: quatenus ſit deo ſem
per ſpū feruēs, ſpe gaudēs, tuo ſemp noī ſeruiēs: pduc eā dn̄e
ad noue regenerationis lauacrū: vt cū fidelibus tuis pmiſſio=
nū tuarū eterna pmia ↄſequi mereat. Per xp̄m dn̄m nr̄m. ℟.
Amē. Interrogat ſacerdos nomē infantule: ⁊ dicit. N famula
dei N. ingredere in tēplū dei viui: vt hēas partē in prima re=
ſurrectione cū ſc̄is ⁊ electis dei. Et dato capite ſtole patrinō,
introducat eā in eccleſiā, dicēdo hāc orōnē. Oremus. Oratio.
Preces nr̄as, q̄ſumus dn̄e, clementer exaudi: ⁊ hāc electā
tuā cru ✠ cis dn̄ice, cuius eā impreſſione ſigna ✠ mus,
virtute cuſtodi: vt agnitionis tue rudimēta ſeruando, p cuſto=
diā mādatoꝝ tuoꝝ ad regenerationis gloriā puenire mereat.
Per eūd. Chr̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amen. Finita oratione ponatur
infantula in pauimento eccleſie, ⁊ dicatur. Oremus. Oratio.
Deus qui humani generis ita es conditor, vt ſis ēt refor=
mator: propitiare famule tue N. adoptiue p grām tuam:
⁊ noui teſtamēti ſobolē noue proli aſcribe: vt filij pmiſſionis,
qd nō potuerūt aſſequi p naturā, gaudeāt ſe accepiſſe p grām, p
xp̄m dn̄m. ℟. Amen. Quibus ita finitis patrinꝰ vel matrina tenes
infantulā flectat genua: ⁊ dicat ſacerdos. Ora electe: flecte ge
nua:

nua: dic Pater noſter: Leua: ⁊ cõple oꝛonẽ tuã: ⁊ ſigna illam: ⁊ accede ad bñdictionẽ. Et p̃rinus dicit totũ Pater nr̃. ⁊ ſignat puellã ſigno cru ✠ cis: ⁊ ſacerdos dicit oꝛonẽ. Oremus. Oꝛo.

Deus celi: deus terre: deus angeloꝝ: deus archangeloꝝ: deus prophetarum: deus apl'oꝛum: deus martyrum: deꝰ cõfeſſoꝝ: deus virginũ: deus omniũ bñ viuentiũ: deus, cui oĩs lingua cõfitet̃, ⁊ oẽ genu flectit̃ celeſtiũ, terreſtriũ, ⁊ infernoꝝ: te inuoco dñe, vt hãc famulã tuã ⁊ cuſtodire digneris ⁊ ꝑducere ad gr̃az baptiſmatis. ꝑ xp̃z do. no. ℟. Amẽ. Sequit̃ exorciſmus.

Ergo maledicte diabole recognoſce ſniam tuaz: ⁊ da honorem Deo viuo ⁊ vero: da honorez Jeſu Chr̃o filio eiꝰ, ⁊ Spũi ſcõ paraclito: ⁊ recede ab hac famula dei: q̃r iſtam ſibi Deus ⁊ dñs noſter Jeſus Chriſtus ad ſuã ſanctaz gratiam ⁊ benedictionẽ, fontemq; baptiſmatis dono celeſti vocare dignatus eſt. Et hoc ſignũ ſancte cru ✠ cis, quod nos in frõtẽ ei damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare: ſed dãnatus in eternũ maneas ab eo repulſus: per eũ qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ ſeculũ per ignem. ℟. Amen. Item dicit ſacerdos. Ora electe: flecte genua: dic Pater nr̃. Leua: comple orationem tuam; ⁊ ſigna illam: ⁊ accede ad benedictionem. Patrinus dicit totum Pr̃ nr̃. ⁊ ſignat infantulaz ſigno cru ✠ cis: ⁊ ſacerdos dicit orationem. Oremꝰ. Oratio.

Deus Abraham: Deus Iſaac: Deus Jacob: deus, q̃ tribus Iſrael de egyptiaca ſeruitute liberaſti: ⁊ ꝑ Moiſen famulũ tuũ de cuſtodia mãdatoꝝ tuoꝝ in deſerto monuiſti: ⁊ Suſanna de falſo crimine liberaſti: te ſupplex deꝑcoꝛ dñe: vt liberes hãc famulã tuã N. ⁊ ꝑducere eã digneris ad gr̃az baptiſmi tui. Per xp̃m dñm nr̃m. ℟. Amẽ. Sequitur exorciſmus.

Ergo maledicte diabole recognoſce ſniaz tuã: ⁊ da honorẽ deo viuo ⁊ vero: da honorẽ Jeſu xp̃o filio eiꝰ, ⁊ ſpũi ſãcto paraclito: ⁊ recede ab hac famula dei: q̃r iſtã ſibi deꝰ ⁊ dñs nr̃ Jeſus xp̃s ad ſuã ſcãz gr̃az ⁊ bñdictionẽ, fontẽq; baptiſmatis dono celeſti vocare dignatus eſt: Et hoc ſignũ ſcẽ cru ✠ cis: qḋ nos in frõtẽ eius damꝰ, tu maledicte diabole nunq̃ȝ audeas violare: ſed dãnatꝰ in eternũ maneas ab eã repulſus. Per eũ q̃ vẽturꝰ eſt iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculũ ꝑ ignẽ. ℟. Amen. Sacerdos dicit tertio. Ora electe: flecte genua: dic Pater nr̃.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

leua: cõple orõnẽ tuã: ⁊ ſigna illam: ⁊ accede ad bñdictionẽ.
Et patrinus dicit totũ Pater noſter. ſurgit: ⁊ ſignat infantulã
ſigno cru ✠ cis: ⁊ ſacerdos ſequitur exorciſmũ. Exorciſmus.
Exorcizo te immunde ſpũs per Patrẽ ⁊ filiũ ⁊ ſpm̃ ſctm̃:
vt exeas ⁊ recedas ab hac famula dei N. Ipſe tibi impe-
rat maledicte dãnate: q ceco nato oculos aperiut: ⁊ quatridua
num Lazarũ de monumẽto ſuſcitauit. Sequitur exorciſmus.
Ergo maledicte diabole recognoſce ſniaz tuã: ⁊ da hono
rem Deo viuo ⁊ vero. da honorez Ieſu Chꝛo filio eius, ⁊
Spũi ſcõ paraclito: ⁊ recede ab hoc famulo dei: qꝛ iſtuz deus,
⁊ dñs nr̃ Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam ⁊ benedi-
ctionez, fontemqꝫ baptiſmatis dono ſuę gratię vocare digna
tus eſt: Et hoc ſignũ ſcẽ cru ✠ cis, qđ nos in frõtẽ eius dam⁹,
tu maledicte diabole nunq̃ʒ audeas violare: ſed dãnat⁹ i ęter-
nũ maneas, ⁊ ab eo repulſus. Per eũ, q venturus eſt iudicare
viuos ⁊ mortuos, ⁊ ſeculũ ꝑ ignẽ. ℟. Amẽ. ¶ Incipit officiũ
abrenũciationis: ⁊ catechiſm⁹. ¶ Primo ponit preſbyter ma
num ſup infantẽ: ⁊ dicit ſequentem orõnẽ. Oremus. Oratio.
Aeternam ac mitiſſimã pietatez tuã deprecor dñe ſancte,
pater oipotẽs, ęterne Deus, luminis auctor, ⁊ veritatis,
ſuper hunc famulũ tuũ N. vt digneris eũ illuminare lumine
intelligentię tuę munda eum: ⁊ ſanctifica: da ei ſciẽtiam ve-
ram: vt dignus efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui:
teneat fidem firmam: ſpem certam, conſiliũ rectum, doctrinã
ſcitã: vt aptus ſit ad ꝑcipiendam grãm tuã: Per eum, q tecũ ⁊
cũ ſpũ ſcõ viuit ⁊ regnat i ſecula ſeculoꝝ. ℟. Amẽ. Quo facto,
teneat infantẽ dicat cũ ſacerdote ſymbolũ apl̃orũ, ⁊ Pr̃ nr̃.
Credo in deũ patrem oipotentem: creatorem celi ⁊ ter-
rę. Et in Ieſum Chrꝫ filium eius vnicum, dñm noſtruz.
Qui cõceptus eſt de ſpiritu ſancto: natus ex Maria virgine.
Paſſus ſub põtio Pilato, crucifixus, mortuus, ⁊ ſepult⁹, De-
ſcendit ad inferos: tertia die reſurrexit a mortuis Aſcendit ad
celos: ſedet ad dexteram dei patris oipotentis. Inde ventu-
rus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Credo in ſpm̃ ſcm̃: ⁊ ſan-
ctã eccleſiam catholicam, Sanctorum cõionem. Remiſſio-
nẽ peccatorum. Carnis reſurrectionem. Vitaz ęternam. Amẽ.
Pater noſter. Deinde ſequitur exorciſmus.

NEc te lateat ſatana imminere tibi penas, imminere tibi
diē iudicij, diēq; ſupplicij ſempiterni, diē q vēturus eſt,
velut clibanus ardens: in quo tibi atq; vniuerſis angelis tuis
eternus ſuperueniet interitus. Proinde dānate, atq; dānāde da
honorē Deo viuo & vero: da honorē Ieſu xpo filio eius, & ſpūi
ſctō. In cuius noīe atq; virtute ego pcipio tibi qcūq; es ſpūs
immunde, vt exeas & recedas ab hac famula dei: q̄ hodie de9
& dn̄s nr̄ Ieſus xps ad ſuā ſanctā gr̄az & benedictionē, fontēq;
baptiſmatis dono ſue gr̄e vocare dignatus eſt: vt fiat eius tem
plum p aquaz regenerationis in remiſſionem oīum pctōrum,
In nomine eiuſdē dn̄i nr̄i Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudica
re viuos & mortuos & ſeculum per ignē. ℟. Amen. Deinde ſa
liua oris ſui ſacerdos tangat nares & aures infantule: & dicat.

EPpheta, qd̄ eſt adaperire nares & aures in odorē ſuauita
tis. R̄ndeat q tenet infantulā. Eppheta. Et ſacerdos. In
odorē ſuauitatis. R̄ndeat q tenet infantulā. Eppheta. Et ſacer
dos. Tu aūt effugare diabole: appropiquabit eniz iudiciū dei.
R̄ndeat qui tenet infantulam. Eppheta. Poſtea interroget
ſacerdos nomen infantule: & dicat. Famula dei N. abrenun-
cias ſatane? Reſpondet. Abrenuncio. Et ſacerdos. Et omni-
bus operibus eius? Reſpondet. Abrenuncio. Et ſacerdos. Et
omnibus pompis eius? Reſpondet. Abrenuncio. Deinde
ſacerdos liniat infantulam de oleo ſancto interpectus & ſca-
pulas cum pollice in modum cru ✠ cis, & dicat.

EGo te linio oleo ſalutis īter pect9 & inter ſcapulas, in no
mine dn̄i noſtri Ieſu Chr̄i, i vitā eternā. Pax tibi. ℟. Et
cum ſpiritu tuo. Et ſacerdos. Recede immunde ſpiritus: & da
locum ſpiritui ſancto. Et ſacerdos tenens manum ſuper ca-
put infantule dicit ſequentem orationem. Oremus. Oratio.

FAmulam tuaz, q̄ſumus dn̄e, ad tui baptiſmi gr̄am recur
rentez reſpicere, & conſeruare in tuo noīe digneris: & q̄c-
quid in ea per originalis peccati tranſgreſſionez pene obno-
xium diabolus detinebat, ſacri fontis indulgentiā reſoluatur,
veteris hoīs exuuias deponat, & noue vite inducta amictu
reſurgat: omnia nequiſſimi ſpūs ab ea venena depelle: & ſalu-
tarez baptiſmi gratiā adimpleat: vt in tui muneris perceptio-
ne in eterna vita valeat exultare. Per Chriſtuz dn̄m noſtrum.

His

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

His peractis procedant ad fontes. Sequitur benedictio fontium, ſi fons nõ eſt benedictus: ꝛ fiãt litanie, ꝛ benedictio fontis, vt ſupra. fol. 21. Si vero fons eſt benedictus, presbyter᷑ pretermiſſis litanijs ꝛ bñdictione fontis, interroget nomẽ infantule, ꝛ dicat. N. Credis in deũ pr̃em omnipotẽtẽ creatorem celi ꝛ terre? Reſpondet. Credo. Sacerdos. Credis ꝛ in Jeſum Chriſtum filiũ eius vnicum, dñm noſtrum, natum ꝛ paſſum? R̃ndet. Credo. Sacerdos interrogat. Credis ꝛ in Spiritum ſanctum: ſanctã eccleſiã catholicã ſanctorũ cõmunionẽ: remiſſionez peccatorũ: carnis reſurrectionẽ, ꝛ vitam eternã? Reſpõdet. Credo. Interrogat ſacerdos nomẽ infantule, ꝛ dicit. Famula dei N. vis baptizari? Reſpõdet. Volo. Tunc baptizat eaz ſacerdos in nomine ſctẽ Trinitatis ſub trina imerſione: vel infundit aquã ſuper caput eius ſm̃ morem patrie, vel loci dicens. Ego te baptizo in nomine pa✠tris, ꝛ fi✠lij, ꝛ ſpũs✠ ſancti. Amẽ. Poſtea facit ſacerdos crucez in capite ei⁹ in vertice de ſacro chriſmate cum pollice, ꝛ dicit hanc orationem. Oremus. Oratio.

Deus omnipotens, pater domini noſtri Jeſu Chriſti: qui te regenerauit ex aqua ꝛ Spiritu ſctõ: quiq3 dedit tibi remiſſionem omnium peccatoruz: ipſe te liniat chriſmate ſalutis in vitam eternam. Pax tibi. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Poſtea ſacerdos ponat linteamen ſuper caput infantis, ꝛ dicat.

Accipe veſtem candidam ꝛ immaculatam, quam perferas ſine macula ante tribunal domini noſtri Jeſu Chriſti: vt habeas vitam eternam in ſecula ſeculorum. ℟. Amen. Poſtea tradat candelã accenſam in manu puelle vel patrini, dicens. N. Accipe lãpadem irreprehenſibilẽ: cuſtodi baptiſmum tuuz: vt cũ venerit dñs ad nuptias, poſſis ei occurrere vna cũ oib⁹ ſanctis ſuis in aula celeſti: vt habeas vitam eternã: ꝛ viuas in ſecula ſeculorũ. ℟. Amen. Deinde dicit euangeliũ ſancti Joannis. In princip. erat. fol. 89. Poſtea dicat ſacerdos. Vade in pace.

¶ Forma baptizandi puerum vel puellam, de cuius morte dubitatur ad ſuccurrendum. Cap. 12.

Si infans grauiter infirmatur: ita quod de eius morte dubitetur: non fiat totus ordo predictus: ſed cum primum fuerit ad portam eccleſie ſacerdos ſufflet in modicum cru✠cis, ꝛ dicat.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Impero tibi immunde ſpiritus, in nomine pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ ſpiritus ✠ ſancti, vt exeas ꝛ recedas ab hoc famulo Dei. Tūc ſacerdos īterroget nomē īfantis, ꝛ dicat. Quid vis fieri? Rñdet. Chriſtianus. Interrogat ſacerdos. Abrenunctias ſatane, ꝛ omnibus operibus eius, ꝛ omnibus pōpis eius? Rñdet. Abrenuncio. Poſtea faciens ſignum crucis in frōte, ꝛ pectore infantis, dicit. Accipe ſignū crucis tā in frōte, ꝙ in corde: ſume fidē celeſtem: eſto talis moribus: vt templum Dei eſſe poſſis. Poſtea ſacerdos benedicat ſalem in hunc modū. Benedic ✠ q̄ſumus dn̄e hanc creaturam ſalis tua bene ✠ dictione celeſti in noīe dn̄i nr̄i Jeſu Chriſti, ꝛ in virtute Spūs ſancti ad effugādū inimicū: qđ tu dn̄e ſanctificādo ſancti ✠ fices: bn̄dicēdo bene ✠ dicas: fiatq; oībus ꝑcipientibus ꝑfecta medicina ꝑmanens in viſceribus eoꝝ. In noīe pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ ſpiritus ✠ ſancti. Amen. Oratione completa ſacerdos ponat ſal benedictum in ore infantis, dicens. Accipite ſal ſapientie, q̄ ſit tibi propitiatio in vitam eternam. Amen. Tunc introducat eum in eccleſiam, ꝛ dicat. P̄ n̄r. ꝛ Credo in deum patrem. Poſtea ſacerdos tāgit nares eius, ꝛ aures cum ſaliua ſua dicēs.

Epphpheta: qđ eſt adaperire aures ꝛ nares in odorem ſuauitatis. Tu aūt effugare diabole, appropinquabit enī iudicium Dei. Tunc ſacerdos vocato noīe eius, dicit. Abrenuncias ſatane, ꝛ omnibus operibus eius, ꝛ omnibus pōpis eius? Reſpondet. Abrenuncio. Tunc ſacerdos intincto digito in oleo cathecumenorum facit ſignum crucis ſuper pectus ꝛ ſcapulas pueri dicens. Ego te linio oleo ſalutis in Chriſto Jeſu Domino noſtro. ¶ Si autem ita infirmus in mortis periculo eſt conſtitutus, q̄ predicta ſeruari non poſſint: benedic ſal, ꝛ in ore ponas: ꝛ ſigna puerum in fronte ꝛ pectore cum pollice: ꝛ dic. In nomine pa ✠ tris, ꝛ fi ✠ lij, ꝛ ſpiritus ✠ ſancti. Amen. Et tenens manum ſuper caput eius, dic hanc orationem.

Famulum tuum, q̄s dn̄e: ad tui baptiſmi gratiā recurrentē reſpicere ꝛ conſeruare in tuo nomine digneris: ꝛ q̄ eūd, in eo per originalis peccati tranſgreſſionē pene obnoxiū diabolꝰ detinebat, ſacri fontis īdulgētia reſoluat: veteris hoīs exuuias deponat, ꝛ noue vite indutus amictum reſurgat: oīa nequiſſimi ſpūs ab eo venena depelle: ꝛ ſalutarem baptiſmi gratiā adimple:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ple: ⁊ in tui muneris pceptione i eterna vita exultare cõcede. p.
¶ Item alia oratio pro proximo morti. Oremus. Oratio.

M

Edelam tuã deprecamur omnipotens dñe, ſancte pater omnipotens, eterne Deus: q ſubuenis in periculis: q tẽperas flagella, dũm verberas te ergo Dñe ſupplices deprecamur, vt hunc famulum eruas ab hac inualetudine: vt non pualeat inimicus vſq ad tentationẽ anime: ſicut Job terminum ei pone: ne inimicus de anima iſta ſine redẽptione baptiſmatis incipiat triũphare. Differ dñe exitũ mortis: ⁊ ſpatiũ vite extende: releua quem pducas ad gratiam baptiſmi tui. Per Chũm dñm noſtrum. ℟. Amen. Poſtea ſi non habeas aquam benedictam: benedic eam iſta breui benedictione ad ſuccurrendum.

E

Xaudi nos oĩps deus: ⁊ in huius aque ſubſtãtiã tuã miſce virtutẽ: vt abluendus p eã, ⁊ ſanitatẽ ſimul, ⁊ vitã mereat eternam. Per xpm dñm noſtrum. ℟. Amen. Exorciſmus.

E

Xorcizo te creatura aque in nomine Dei pa ✠ tris omnipotentis: ⁊ in charitate Jeſu ✠ Chriſti filij eius: ⁊ ſpũs ✠ ſancti. Exorcizo te omnis virtus aduerſari: omnis incurſio ſatane: ⁊ omne phãtaſma: eradicare ⁊ effugare ab hac creatura aque: vt fiat fons ſaliens in vitam eternam: ⁊ qui ex ea baptizatus fuerit, fiat templum Dei viui: ⁊ Spũs ſanctus habitet in eo, in remiſſionem omnium peccatorum. Poſtea pone chriſma in aqua, ⁊ dicas. Fecũdet, ⁊ ſcĩficet iſte fons oleo ſalutis, ⁊ ſalutifero chriſmate, In noĩe pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpũs ✠ ſancti. Amen. Deinde ſacerdos interrogato nomine pueri, dicat.
N. Credis in Deum patrem omnipotentem, creatorem celi ⁊ terre? Reſpondet. Credo. Et ſacerdos. Credis ⁊ in Jeſum Chriſtum filium eius vnicum, dominum noſtrum, natũ, ⁊ paſſum? Rñdet. Credo. Sacerdos. Credis in Spiritum ſanctũ: ſanctam eccleſiam catholicam: ſanctorum communionem: remiſſionem peccatorum: carnis reſurrectionem, ⁊ vitã eternã? Reſpondet. Credo. Et interrogat ſacerdos. N. vis baptizari? Reſpondet. Volo. Tunc ſacerdos cum baptizat in nomine ſancte Trinitatis, dicens. Ego te baptizo in nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpiritus ✠ ſancti. Amen. Poſtea facit crucem de chriſmate ſacro in vertice eius; ⁊ reliqua, vt ſupra, ſcilicet, dat ei veſtem candidam, ⁊ candelã cum orationibus, vt ſupra.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Si autem puer conualuerit: debent omnia ſuppleri q̄ omiſſa ſunt. ſ. omnia que baptiſmum precedunt, ⁊ dicta non fuerāt.
¶ Si vero adeo propinquus morti fuerit: ꝙ credatur ipſum immediate obiturum: ſolum dicat formam baptiſmi videlicet. Ego te baptizo in nomine pa ✠ tris, ⁊ fi ✠ lij, ⁊ ſpūs ✠ ſancti. Amen. Et dicendo verba predicta effundat aquam ſuper caput eius: ⁊ ſic eum baptizet. Et ſi habet chriſma, eum in vertice vngat in modum crucis, ⁊ dicat orationem. Deus omnipotens pater domini no. ⁊c. Et poſteā. Accipe veſtem candidam ⁊ immacu. ⁊c. Et demum candelam, dicendo. Accipe lampadem irreprehenſibilem, ⁊c. Poſtea dicat Euangelium ſancti Joannis. In principio erat verbum: ⁊ verbum erat. folio. 89.
¶ Finit Tractatus primus prime partis libri Sacerdotalis, de ſacramento Baptiſmi.
¶ Aduerte ꝙ hic ſequi deberet ſacramentum Euchariſtie, vel Penitentie: Sed quia regulariter primo precedit Penitentia: poſtea Cōmunio: ⁊ vltimo Extrema vnctio: que habet multa annexa. ſ. Commendationem anime: Officium ſepulture ⁊c. que multum protrahuntur ad longum: viſum eſt hic tractare primuz de Matrimonio, ⁊ poſtea ſucceſſiue de alijs ſacramentis.

¶ Tractatus ſecundus prime partis libri Sacerdotalis, de ſacramento Matrimonij.
¶ Quid ſit Matrimonium: ⁊ qualiter contrahatur legitime, ⁊ de eius inſtitutione, ⁊ de tribus bonis Matrimonij. Cap. 1.



Matrimonium eſt ſacramentum eccleſie: qd ſic diffinit. Matrimonium eſt maris ⁊ femine coniunctio, indiuiduam vite conſuetudinem retinens. De pſumpt. cap. Illud. Quod quidem contrahitur ſolo conſenſu p verba de preſenti: qñ vir in mulierem, ⁊ mulier in virum, accedētibꝰ verbis ꝯſenſum exprimētibꝰ. ſ. Accipio te in meā ⁊ accipio te in meū, vel eqpollētibꝰ, ꝯſentiunt. De ſpōſa. c. cuz Locū. ⁊ ca. Tua. ⁊ ca. Tuas. de ſponſa duorꝫ



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN